

GIBERTI BORROMAEI

PROFUSA IN PAUPERES LIBERALITAS S. CAROLUM
FIULUM A COELO IMPERAT
E P I G R A M M A

TE Patrem compellat inops, sortemque novercam,
Quodque minus fueras, dum vocat, esse facit.
Ominia das, ut avara tibi dent sidera prolem,
Et dare quod renuunt sidera munus, emis.
Vincis avaritiam, dum prodigus abijecis aurum,
Astraque ab exemplis discere vita tuis.
Aurea posteritas multo tibi constitit auro;
Vilis ut esse minus posset emenda fuit.

Christophrus Vicecomes Acad. Anim.

AD ILL.^{MUM} COMITEM CAROLUM BORROMAEUM
DE GIBERTI FILII LAUREA
ALIVD

Quae tibi posteritas? Quam digna parer propago?
Sufficit illa suis demere lumen Avis.
Iam prope sola micat, numerant ubi secula soles,
Lucis ubi patria est, iam prope sola micat.
Induit ista tuus patrimonia luminis haeres,
Dives ut ille tuo est, sic nitet ille tuo.
Quidquid habet natus, debet tibi. Dives uterque;
Tu dare quod valeas, is quod habere queat.

Io. Baptista Marzinus Acad. Anim.